

ACADEMIÆ VIENNENSIS
AD GRATVLATIO

Ob Auspicatissimas, revocata Pace, Nuptias;

A D
MAXIMILIANVM
SERENISSIMVM PRINCIPEM,
BOIORVM DVCEM,
PALATINVM RHENI, S. R. IMPERII
ELECTOREM, ET ARCHIDAPIFERVM,
NEOSPONSVM;

E T
MARIAM ANNAM,
SERENISSIMAM AVSTRIÆ
ARCHIDVCEM,
AVGVSTISSIMI CÆSARIS FILIAM,
APOSTOLICI REGIS HVNGARIÆ ET
BOHEMIÆ SOROREM,
NEOSPONSAM,

PRO MVNERE NVPTIALI
DELATA
DEBITÆ OBSERVANTIE ERGO.

CVM PRIMVM NOVI CONIVGES IN AVLA SALVTARENTVR.

Mense Julio, Die XXIII. Anno M. DC. XXXV.

VIENNÆ AVSTRIÆ.
Typis Matthæi Formicæ, in Aula Coloniensi.



A D

CANDIDVM LECTOREM PRÆMONITIO.



On insulæ scripsit nuper quispiam, non esse
magis jam, quam olim, Socrate foras abeun-
te, aut S. Hieronymo scribente, tutum prodire
in lucem intectum galea. Si occurrerit Se-
verus quispiam & mali genij Aristarchus, nisi te bene pramus-
nieris, cavendum, ne vapules. Scio te Aristarchum non esse,
Candide Lector, ne fias tamen vereor, postquam libri hujus
frontem spectaveris, atque ex ingentibus isthic titulis, re ma-
gnâ conceptâ, senseris te fame & siti confici ob rerum, quas hic
damus, inanitatem, ut tu avidissimo es ingenio. Verum au-
di, priusquam procurras: concidissimus & nos horrore per-
stricti, si monstranda hic Postoris Magnorum Herorum Con-
jugumque vestigia, quibus institerunt, & que in longissimo
rum temporum theatro egissent, representanda arcubus trium-
phalibus, portis, foris, columnis, statuis suscepissimus. Is ani-
mus non fuit, immò fuerat; sed Oratori, Vati, Sculptori, Picto-
ri tempus defuit. Parum enim Auspicatissima inter Sponsa-
lia, Serenissimasque Nuptias intercedebat. Et quid neces-
sum erat in mortuis chartis, pictive tabulis exhiberi, que

A 2

etiam-

etiamnum vivunt & vigent in utriusque familia Heroibus,
immò in omnium hominum Calitumq; immortalibus animis.
Itaque quia aliud necesse non erat, aliquid tamen brevem-
pus, officiumq; extorquebant, properavimus. At non quām
citò, sed quām bene, inquies. ego verò ex aequè veteri acroa-
mate, Non quām bene, sed quām bono animo. Certè in
publica Provincia, Urbis, omniumq; ordinum ad gratulatione,
cùm ob hanc Academiam Matrem, Ingolstadiensemque Fi-
liam, & alias quām plures causas quām plurimum Conjugi-
bus Serenissimi debeatim, imparati, inornatiq; potius, quām
inofficiosi haberi voluimus: animum, uti speramus, specta-
bunt, laudabuntq; Spōni Principes, quibus placere vel stu-
duisse sat est. Nunc vt voles, lege, si candidus es, habet,
nobis gratulamur; si minus, nihil obloquere, tacitus abi, &
vale.

ORA-



ORATIO
RECTORIS ACADEMICI
AD
SERENISSIMUM
MAXIMILIANUM
DVCEM BAVARIAE,

S. R. I.

ARCHIDAPIFERVM,

Principem suum Clementissimum.

HOC etiam Felicitatis Acade-
miæ nostræ Deus annuit, Li-
cet Viennæ novas Nuptias
MAXIMILIANO Bava-
riæ Duci Serenissimo gratulari. Di-
cam amplius; licet illi prolem ominari
faustissimam, cui Liberos qui non optat,
B non

non cupit virtuti perennitatem, Serenissime Elector. Hoc vnum habet mali, ingens conceptum animo gaudium, hominem facit elinguem. Veneram, vt communis interpres Academicorum omnium gaudium Tibi testarer. Nequeo exponere quod experior; arescit orationis vena, dum voluptate cor diffuit liquidissimâ. Patieris sileri multa, dici vnum, sed ex quo valeas aestimare, quod eloqui non possum. Tantum ex tuo Viennam adventu, tantum ex tuis cum MARIA Anna Ferdinandi Cæsar is lectissima Filiâ nuptijs, gaudij concepimus, quantum inferre animis possunt & potentissimarum Familiarum novus nexus, & Spes Posterorum, qui Patris, Aviq; virtutem aut assequantur, aut æmulentur. Solemne olim fuit, hodieque usurpatur à multis, novis Sponsis Epithalamium texere ex laudibus. Si liceret Tua abuti modestia, possem copiosè ac feliciter veteri insistere instituto. Rebus domi forisq;

præcla-

præclarè gestis, effecisti, Serenissime Dux, vt Maximiliani, hoc est tuum nomen, virtutis ac laudis nomen censeatur. Consilio, prudentia, æquitate, pietate, humanitate hoc egisti. Togata Virtus apud alios hospitari, apud Te habitare hodie creditur. Fortitudine, Constantia, collatis signis, Victorijs hoc assecutus es. Sagata Virtus in Te hodie dicitur non retinere tantum acceptum ab antiquis heroibus decus, sed augere. Sed quid ego in cæterarum virtutum tuarum laude tua graviter laborat modestia. Non illam ultra premam, ne exprimam ruborem. Aspergam amarâ hac guttâ voluptatem nostram ac lætitiam: Sponsor, cuius & nuptijs & conspectu gaudemus, Epithalamium non texam ex laudibus, quas æquè meretur ac odit. Convertamus orationem alio. Cætus hic, quem vides, Academicus, tuum favorem, tuum amorem, tuum patrociniū cupit, & verò ambit. Imitare Divinitatem, quæ nemini

B 2

se negat,

se negat, si petatur. Complectere suppli-
ces: aut judica, aut factuo nos amore di-
gnos. Nisi solitus eßes beneficia donare,
non vendere, repræsentarem pretium
ejus, quem exposcimus amoris ac favoris.
Ingolstadiensis tua, toto jam orbe cele-
berrima Academia, prodijt ex nostra.
Debes Matrem & amore & studio com-
plecti vel propter Filiam, quam amas ar-
denter. Concludatur Voto oratio. Ver-
tat Deus Tibi Sponsæq; Nuptias felicif-
simè: pellatur Vestro Hymenæo Mars
ex Germania: Nascantur ex vobis Libe-
ri, quos alta totis Septemtrionibus Pax
malit oleâ coronare, quàm Bellona
lauro; Hoc vovemus; Hoc speramus.
Hoc & Bavarica & Austriaca Felicitas
pollicetur.

STEPHANVS ZVVIERSCHLAG,
Theol. D. Canonicus & Cantor Ecclesiae Cathedralis
Vicen p.t. Universitatis Rector:

PANE.



P A N E G Y R I S

A D

S E R E N I S S I M U M
S P O N S U M



Austum omen, & ter auspiciatum Europeo
hodie orbi progignitur, Maxime Princeps,
Sereniss. E L E C T O R M A X I M I L I A N E
Iterum A Q V I L A L E O N I B V S, & L E O N E S
A Q V I L E sociantur; formidolosum Hydris Ferisq; o-
mnibus Connubium. timete Monstrorum feraces
sylvæ, et inhospita Imperij Rom. Tesqua perhorrefec-
te; vbi vbitabificæ Hæreseos vestigia prominent, Aqui-
læ supervolantis Martiale Rostrum, & Leonis bellico-
sum Vnguem formidate, infecti isthoc Toxico Indige-
næ. si sapitis, nolite ad grandiores iras vtrumq; evoca-
re. grave est inimicitiae pondus, quod cum Majestate
conjungitur; & semper Regum odia difficillime pla-
cantur. Intellexistis dudum A Q V I L E magnificum
robur, & valentissimos impetus, geminato rostro de-
præliantib; & L E O N E M si non alijs argumentis, EX
V N G V E potuistis nosse. difficile est, Iubam illi impune
flectere. Nunc in foedera eunt nova; Sanguinem ac
Purpuram miscent; fortassis Sanguineo omne, quod

C

hosti-

hosticus aliquando ac Perduellis cruor explicatissimum reddet. nil opus incepis. jam iterum passu meliore Gradivus nobis inambulat. Si sic ire perrexerit, metas bellicosis Tumultibus statuetis brevi, magni Fortunæ vtriusque Domitores. Sed hæc inter Nuptiales popysmos, festosq; Hymenæos prætereo. non bene cum Fidibus miscentur Tympana. Idoneâ brevitate vtor. Tibi Maxime Princeps, Sereniss. Elector MAXIMILIANE, postquam iterum Triumphales LEONES Tuos in Romanæ obsequium A Q V I L Æ adduxisti, exyndantibus votis applaudit Viennensis ACADEMIA, & simul in illa perennaturam vocem trahit, quæ maximo Nominî Tuо sufficiat. Gratulatur Ser^{ts.} V^æ. Ser^{mam} S P O N S A M, dignam vtique quæ in longa sobole Boicæ genti tuæ vivat superstes. Auspicatissimos deinde Hymenæos, suffecturos aliquando ad magna squalentis Patriæ solatia. credere illa profectò debet, in Ser^{ts.} V^æ. incolumitate sibi spes suas stare repositas; quia sensit hucusque quantum Principis boni virtus animosa possit, unicum collabascentis Patriæ stabilimentum: etenim ut cætera omnia emoriantur, si Principis infractus animus supereft, sperare vitam potest suis ruderibus contumulata Patria. Fortia agere Romanum olim fuit; nescio an non ad gloriam magis fuisset, si etiam patifortia didicissent. Vtrumq; Fortitudinis genus in Te agnoscimus, & admiramus; incerti, vtra plus gloriae. Tibi Maxime Princeps, ac Boicæ genti tuæ attulerit. Cum fractus illaberetur orbis Tuus, est aliquid stetisse impavidum, & asperos Fortunæ obtutus generoso contemptu

temptu superasse; præsertim animo victorijs tantum, ac Triumphis innutrito; nam fere levius sentiuntur, quæ in calamitate veniunt mala; gravius illa, quæ Fortunatos evertunt. Evidem cunctandum iccirco minime esset, si minantem Cœlo Colossum Modestia Ser^{ts.} V^æ. admitteret; certe dudum vtriusq; Fortitudinis non vulgaria Exempla id commeruere, vt legi diu possint, serosq; posteros erudire. quælibet enim magna virtus hoc habet, vt tunc demum Cultores accipiatis plures, cum de Principibus Animis aliquem suimet ipsius fecit Amatorem. Sequitur vulgus, non præit ad ardua; communis horum temporum vitio, quando alieno omnes periculo suam fundant incolumitatem. Si Pompeianus Iupiter denuo e ferali rupis Tarpeia Tumulo assurgat, si Thebarum grandes Obelisci, Rhodiorum immanes Colossi audaci vertice cœlum iterum quatiant; si barbara Memphis, Maxime Princeps, sua iterum Pyramidum miracula statuat, impleri omnia factis Tuis possent; sed cum fortasse ex æquo futurum id non esset, miraculorum illorum prodigiosa simulachra figere noluimus, ne publici erroris Tua nos virtus condemnaret, multò studiosius ac manifestius expressa in Te ipso. nimis haud paucò esse pulchrius nosti, Principem suā in fronte legi posse, & exinde etiam rudes literarum subditos ediscere Domini sui virtutem. hoc ipso M. Alexandro majori Princeps, qui vt viveret, credens ab artifice hominis magni procudi immortalem animam posse, Apellem pictorem, Pyrgotelem Sculptorem, Lysippum habere fusum

rem postulavit; non satis vtil ad famam ambitione; quod in triplici Epitaphio fatalis Monarcha superesse voluit, solis fortasse Pollinctoribus & tristi Vespillonum turbæ legendus. Poterat quidem Ser^{tas} V^a in artifici statuā aut Pario marmore PATRIÆ PATER à nobis appellari. sed nimis adhuc tenue ad nostra Tuæq; gentis cumulata desideria auctarium id fuisset, in quo solus, nec omnino integer, ad memoriam superfuisses. Durum est in saxo vivere. ideoq; aliam longe nobilissimo Generi Tuo æternando statuam meliora vota exposcunt: non aliquod ab exanimi Capitolij Rupe excisum nuper saxum, aut ex semiusto bimaris Corinthi ære coctum in aheno caput; sed ejusmodi aliquam, quæ Te Ser^{me} SPONSE, verè PATREM & suum, & PATRIÆ appelle, quæ vivat, & in qua rectius multò vivas ipse, totusq; maneas in Nepotibus. non potest certe Bonis Ciyibus à Bono Principe melior obvenire hæreditas, quam si his virtutis suæ vivum simulachrum relinquat. Sed enim et Triumphalis Arcus ad Gloriæ Romanæ, Tibi Ser^{me} SPONSE, saepius quam lemel à nobis debitæ, imaginem fors esse poterat? fuisset sane, si æquè angusta Tua virtus esse potuisset, quam brevis laudatio vno Arcu amplecteretur. non capiunt laboris nostri Compendia Tuam Magnitudinem. Olim quidem non admodum laborioso opere vnico inscribi Annulo Bonorum Principum omnium nomina potuerunt; vt nunquam arctius virtus habitarit. at Tibi Ser^{me} SPONSE, Arcus etiam plures angusti nimis sunt, qui si quem ambitu suo cinxerunt aliquando, medios ille tantum or-

bes

bes implevit: MAXIMILIANO vnus etiam integer, vt olim Pellæo Iuveni, non sufficit orbis. nimis citò Naturæ & Artis spatia Tuo Marte explevisti, vt adhuc oblivisci non possimus, quantus pro DEO, pro CÆSARE, pro Ser^{ma} DOMO AVSTRIACA in hastam assurrexeris; documentum per insigne, Principum eam sortem esse, vt eorum periculis, morbis, ac morte civium incolitas constet. plus dico: præ civibus nos amasti, quos vt servares integros, & multiplicem ab Austria nostra calamitatem arceres, pati eam citius solus in Tuo orbe voluisti; vt ostenderes, Te pro Austriacis & agere & pati fortia posse. Tanto igitur audentius Ser^{me} SPONSE, Vrbem hanc, quantumcum DEO & CÆSARE servasti, subeas. Si quis in illa de hoste Triumphus aut est, aut fuit, Tibi etiam debetur, cujus cum Ser^{ma} Domo Austriaca conjunctæ vires ac fædera, illud effecerunt, ne toti periremus. Habet præterea Viennensis ACADEMIA cur ad Te, Ser^{me} SPONSE, gratulabunda veniat. enimvero si Scholis ac Musis sua sunt Connubia, vivimus omnes in ACADEMIA Tua Ingolstadiensi, quæ Viennensem olim pro MATRE habuit, doctissimæ Palladis doctissima FILIA, & suis sideribus clara hodie in paucis. Ne igitur nullam omnino Nuptialem Sportulam tot nominibus Ser^{ti} V^a obstricti adferre voluisse videamur, votum Viennensis ACADEMIA veteribus Epirotarum gazis facit, & Pyrrhi Principis in illa gente ANNVLVM hodie accersit, eum singularis Gemma, quæ Apollinem cum Mu-

D

sarum

sarum Chorō in bicipiti Parnasso referebat, insignem
fecit. hunc Sponsalitiae dexteræ Ser^{tis}. V^a. multiplici
voto appreccatur & inserit; certa, nūspiam tutoire loco
ac digniore stare ARTES posse, quam sub Principis sa-
pientissimi fida Dextera. eam Viennensis hodie ACA-
DEMIA exosculat, & Optimo Principi optimis
Auspicijs novas NVPTIAS ad-
gratulatur.



PLAV

PLAVSVS

A D

SERENISSIMAM SPONSAM.

Ymen, ô Hymenæe, Hymen! Triumpha-
cepistihodie Romani Imperij Dianam. fe-
lix venatio, cui tam opima præda hodie ob-
tigit; credo, vt obstricti tibi fierent Maxi-
mi Duces. ne metue; nihil peccasti; quia maximos A-
nimos vno Iaculo connectis; novo bellissimæ Venatio-
nis genere, quam non in horridis Sylvarum umbris, sed
inter Genethliacas Arbores obambulans Venator sa-
pienter instituisti; sæpius quam semel felix, qui & For-
tissimum LEONEM, & ipsam in maculas ac Laqueos
DIANAM pertraxisti. si recte DIANAM voco, quæ soler-
tissimo studio pios tantummodo mores atque Indolem
Divini Amoris Iaculo suavissime ferox venatur.. cui
Nemus omne Templum est, & pretium venationis,
DEVS. Illud, Hymen, memineris; tam rara Genialis Syl-
væ Spolia, non quovis Vinculo teneri. si me audi: Amo-
ris esse debet. Hymen, ô Hymenæe, Hymen! fausto o-
mine Nuptialem Tedam adornasti, quæ hujuscemodi à
se diem effudit, quâ ipsæ Illustrissimo Connubio copu-
lantur SERENITATES. Vestrum nunc est, ô mea sidera!
micare hodie venustius, & in publica urbis hujus lætitia
nocturnas agere Chorea. Ocyus quisquis nimbosa sub
Chlamyde Astrorum latet fulgor, nitidior hodie ad
Pompam prodeat. Daduchis est opus, qui Facem am-
biant,

biant, Nuptæq; novæ Præludia saltent. Profectò non
absq; Bonis Auspicijs est, Solis iſthoc Quintili mense cū
LEONE conjunctio; vt eā viā progressus, jungatur &
VIRGINI, suo Augustum mensem splendore designan-
ti; vt pateat, credo, AVGVSTA L E S esse Nuptias, quibus
BOICVS LEO, cū Augustissimi Imperatoris Filia,
VIRGINE sociatur. Hymen, o Hymenæe, Hymen! jam
jam tuo Ingenio Fax lætior inardescit, & Pronubus e-
micat Ignis. Vedit hunc Viennensis ACADEMIA Phœ-
bus, Ser^{ma} SPONSA, & radios continuo agnoscens suas
ingratulationis obsequium evocavit Musas: quod enim
gratulandi genus institui poterat congruētius, quam vt
virgines loqui cum istiusmodi NYMPHA faceret? Certe
multum infra summam Majestatem non est, DEASCUM
AVGVSTISSIMA NVPTA venire in colloquium, quin
& suscipere, quod non satis aptè faciunt Homines, Offi-
cium gratulationis. Debemus illud omnibus, quotquot
in Ser^{ma} D O M O AVSTRIACA vivitis, quam tot Cæsa-
rum Imagines gloriofissimâ serie circumstant, vt suis
meritis Templum jure dici possit HONORIS ac VIRTUTIS.
Certe si olim ad gloriam fuit, longo censi sanguine
pictoq; ostendere Vultus

Majorum, Et stantes in curribus Aemilianos;

Tibi Ser^{ma} SPONSA non inter postremâ decora esse de-
bet, à compluribus Avis descendere, in quibus orbis su-
premuim Imperium adoraverit; adeo vt ab aliquot se-
culis jam propè familiares haberent Fasces, & Sceptrū
Geniale. Auget quotidie domesticam juxta ac publi-
cam Gloriā magnis incrementis Ser^{tis}. V^{re}. Ser^{mus}. Frater

FERDI-

FERDINANDVS III. MARTIS VIRILIS NEPOS;
qui hodie, credo, ne quid ad Nuptialem lætitiam desita,
laborat muneric loco ex castris nobilem mittere victori-
am. nam decet Militem non alia in mensam adferre.
BELLARIA. Ignoscite ergo si tantis Largitoribus paria
non reponimus. Vestrorum magnitudo munerum fe-
cit, vt non possemus; & nemo adhuc fuit, qui Cæsarum
æquare munificentiam vellet. At enim ne deinceps ob-
strictior ACADEMIA VIENNENSIS fiat, vinculum de
suis vnum quærit, quod Tibi Ser^{ma} SPONSA, gratula-
bunda iniiciat: obsignare Gemmâ quantumcunq; di-
vite Tuas hodie manus vellet, si posset; aut si ad auream
Majestatem aliquod ex Lapide auctuarium sperare li-
ceret. Audendum tamen est aliquid, quoniam supra
gemmas pretiosum nihil Natura invexit. Non opto
ad manum esse nitidi Orientis gazas, quod alij faciunt,
nimis sumptuoso voto. Satis vno in Annulo vna mihi
Gemma micat: neq; recte, mejudice, agunt; quipere
grina hodie vincula accersunt, vt Te Ser^{ma} Augustissi-
mi Imperatoris Filiam Ser^{mo}. Electori MAXIMILIANO
auspicatissimo Connubio jungant; aliquo fortassis etiā
errore. Domesticus esse Vnio debet, qui vobis quam
suavissime necat.. Dicam apertiūs: SPONSA ES,
Archidux Ser^{ma} SOLO IGITVR LIGARI ADA-
MANTE POTES.

E

DRA



D R A M A EPIHALAMICVM



Rima Pars. Apollo, & Auspex ad preces pro Bello averruncando, Paceque revocandâ conversi, Auguria captant, ijsq; feliciter acceptis Bona omnia bene ominantur.

II. Serenissimos Conjuges, & præcipuos Domûs Austriacæ, atque Bavariæ Heroas gratulabundi salutant.

III. Vota Nuptialia à Musis & Charitibus, vtì par est, Religiosè nuncupantur.

C H O R V S.

Pij vtriusq; Familiae olim inter se Matrimonio juncti M A N E S Nuptijs applaudunt, & Neosponsis, totique Austriae, Bavariae, Imperio bene appreccantur.

A P O L L O.

A R G V M E N T V M

De re literaria, præsertim Viennensis, & Ingolstadiensis Academiae sollicitus, in Divorum Concilio, à Jove veniam, pacemque deposit; simul novas inter Domum Austriacam, & Bavariam Nuptias ad obtentæ Pacis confirmationem impetrat.

CAR-

C A R M E N.

E P I C V M.

TAm gravis, & calidis infecta furoribus aura
Germanos afflare Lares, jam funera Terris
Et cineres meditata novos, accendere nubes
Capit, & Æolios farcire cruentibus utres.

Pars erat, Hippodata que procumbebat ad antrum
Supplex, & forti ventosa repagula pulsans
Fletu, purgando Borealia flamina calo,
Aut tenues Zephyri motus lachrymata rogavit.
In Ventos abierè preces. Nam carcere clausus
Obstructo Boreas, panas superis dedit; alter
Languit, & gratâ vacuatis follibus aura,
Tentavit vano spiracula perdita nisu.

Pars potior nostras acclinis flexit ad aras
Gemmea votivis obnubens limina sertis;
Implorans radium pellendis nubibus: Horum
Admisi placido suspiria tristia nutu;
Optatam laturus opem: nisi Juppiter, inquam
Arceat; & Fati, Decretorumque catastâ
Ferrata nostri captivet limina regni.

Ilicet effuso properantem tramite currunt
Increpo, & inverso westigia pristina passu
Confundens, hospes superas illabor in oras.
Convenere Di; & rapidosque ciere tumultus
Gradium jussere Patrem; Ne sidera longâ
Prostituant, aiunt; damnoſa silentia pace;

Infametque suo effrenis lingua Quiritum
Cum Cælo Dominos, neglecta remissio Divum
Audit, inoffensis decurrens gressibus orbis.
Turbati sapiunt homines. Sententia dicta
Ista, Dodona incognita querubus, & jam
Debuit aeterno in Tabulas adamante referri.
Quando sub aspectum non expectatus Apollo
Ingredior, veneransque Iovem, sociamq; Deorum
Turbam, suspectas metuens ex vultibus iras
Accensis, Martemque timens, qui pectora nuper,
Nunc etiam truculenta ferox possegerat ora
Concilijs, valido clamantis murmur e bellum.
Postulo promissas querulosis vocibus aures.
Conticuere: altum suspirans dico, quid ergo,
Quid juga peccatis Parnassia? Delitiosa
Calicolis requies, moesti solatia mundi.
Quis nova Pegaseis affingit criminis pennis
Et doctas incestat aquas? sine lege Sorores
Expulsa fugiunt; subversis metra sepulta
Montibus, & vastum lituo clangente per orbem
Exulat obstructis innoxia fistula canis.
Invadunt Boias crudelia bella camanas,
Austriacas morbi: terrent, incendia ludos
Immeritos, sparguntq; vagos per compita libros.
Magna VIENNA Parenz, quas INGOLSTADIA clades
Filia, qua perfert incommoda, pectore toto
Imbibit, & multis morib; ebria, tristi
Non adiuta gravat nostras anathemata lauros.
Nullus erit qui facta Ducum, qui gesta Deorum

Ater-

Eternet, si musa silet, si Martia captas
Clasica turbatis replent clamoribus aures.
Non cupio, nec enim possum decreta senatus
Ætheris verbis convellere: si tamen rulla,
Si tamen est pietas superis, si cura perennis
Laudis, & accepta studiorum immortale corona:
Parcite sanguineis extinguere docta litoris
Carmina, Pierios proscripto Marte recessus
Bellerophontes reparate liquoribus undæ.
Est aqua, qua rapidis infestat littora spumis,
Et tumidis alios incurrens fluctibus amnes
Dilatum plenis locupletat navibus Istrum:
Hac certum mitti, via tutior altera non est,
Subsidium poterit. Non iam velut annibus amnes
Augentur, socioque adeunt Marpesia fluctu
Saxa, ferosque canes scylla, rabidaque Charybdin
Invadunt undæ confusa robore; nec jam
Ad scopuli trepidant discrimina; nec jam
Subdola fallacis formidant gaudia ripa.
Sic Domui conjuncta Domus tranquilla furores
Ridet: vicinos sedat feliciter ausus.
Si placet, & Pacis versa sententia menti
Succedit, vincite Domus, simul fster & Oenus
Confluis unanimi decurrant flumine! Musis
Restituat siccam redivivus Pegasus undam.
Annuit, & latis sociatus Jupiter astris
BOIORVM plaudente DOMVM Terraq; Poloq;
Fudit in AVSTRIACAS, Portis Coeuntibus, AVLAS.
Omnia fausta quidem: Sed tu quoque Magne Sacerdos
F Inspice:


*Inspice: dissecta trepidantia viscera Rana
Explica, & in lucem, cantu, qua videris, ede.*



A R V S P E X

Vper & ad curas similes conversus Olym-
pum

Institeram longā sollicitare prece:
Vt siquæ tristes miseratio frangeret iras,
Annueret dexter Iupiter Augurio.
Quæ Pia Vota dedi, quod cælum me Auspice spon-
Fabor, quod Vati Magnus Apollo jubes.
Versus ad obscurum primò mea lumina Solem
Protuli ad iratos hæc bona verba Deos.



E L E G I A . I.

A R G V M E N T V M.

Bellorum incommodis allatis, præsertim quòd Connubij, Aca-
demisque plurimū incommodent, Divos Armorum Præfides ad com-
miserationem Auspex inflectit, Augurium captat. Corvum immane
crocitantem Imperio depelli prospectat. Lætum omen!



*Errea qua seruit tempestas? Parcite Divi,
Aut simul hoc miserum perdite, que-
so, caput.*

Per

*Per partes morimur, gravis est Mors ista tyrannis;
Vna munus erit posse perire nece.*

*Quò frendens, Bellona, furis? quò perfide Mavors?
Tandem siste minas sanguinolente furor.*

*Parcite jam Superi, scelus est si forte luendum;
Nobilis heu! quantum fluxit ubique crux!*

*Et licet in Divos hominis sit nulla potestas,
Numina nec deceat Iure minore regi:
Justa locuturo tamen auris Diva dolori
Officio facili sape benigna fuit.*

*State, nec Humana casus contemnите Gentis,
Sed cadat in mollem justa querela sinum
Cernite quam vastis se finibus invehat horror,
Quo Mars cunque animo turbidore ruit.*

*Non jam Regna jacent proprijs tumulata ruinis,
Sed bustum Europa proxima fata parant.*

*Europa quid fata movent? Germania luctus
Sufficit in nostros funeris ampla seges-*

*Nil licet aspectu nisi tangere mortis aceruos,
Horrida precipites qua movet ira manus.*

*Nil nisi terrificæ licet aspectare ruina
Nomina, quæ bellum jus dedit, atque furor.*

*Cernitis in quantos mortalia cogitis astus,
Vester in atroci si stet agone calor?*

*Jam fuga, jam diro dolor instat in obvia vultu,
Cum rapit occultas Latro pavendus opes.*

*Jam dum miscentur funesto cuncta tumultu,
Assidet innocuis fors metuenda thoris.*

F 2

Quòve

*Quo'ne mali facies oculo fatalior instet,
His graviora talit damna Iugalis Amor.*

*Namque maritali Venus involat improba tada,
Imminuit sociam, debilitatq; fidem.*

*Dum levat à dulci mollissima Pignora lacte,
Spes raptas Genitor, furtaq; chara gemit.*

*Conjugis & simili lachrymabilis indole Conjux
Fida Virum mæsto cogitur ore sequi.*

*Erater in extincti (fatum miserabile!) Fratris
Bustum, sponte sua, ne cadat ense, ruit.*

*Jam Nurus absentem repetit mastissima Socrum,
Jam vocat exanimem Socrus amica Nurum.*

*Non tot ab Icaria mala sensimus orta ruina
Damna quot à bello prosluisse queror.*

*Dil quibus est ferri violenta licentia cura,
Quod superest, leni cade piate nefas.*

*Parva sed hac querimur, sunt hac fortasse minoris.
Quād veniant tanto digna dolore queri.*

*Vos (quod in immensi summas accerso doloris)
Perditis Aegisona sancta Lycaea Dea.*


*Carpitis imbelles studijs fatalibus annos
Pallas in officio quos habitura fuit.*

*Eloquar, an sileam? sine sensu sapius jtis,
Et facilem sterni contemeratis humum.*

*Parcite, justa queror, satis est, nimiumque cruxoris.
Si furor insistat vester, Apollo perit.*

*Ah bene! nam crocitans, nisi falsus decipit Auspex,
CÆSARIS IMPERIO CORVVS abactus abit.*

*Atra discedunt Nubes, Caloque sereno
Dexter ab Eoo Juppiter axe tonat.*



E L E G I A II.

ARGUMENTVM.

Pacem nunc supplex advocat Artuspex, quod omnium bonarum rerum, præsertim connubiorum, Artiumque Parens optima sit, & Altrix tñox niveæ Laurigeræque Columbæ advolant; novum de Auspicatissimis Serenissimorum Conjugum Nuptijs Augurium.



*Orvus abit, late veniant in recta Columba,
Et dent pacificas ore virente comas.
Pax animo facilis, sensuque jocunda sereno
Humanis rebus commoda mille parit.*

*Lite reos, parvâ miseros formidine fines,
Eximit à gravibus, quæ tenuere, malis.*

*Oria supplicibus facit exorata Cotonis,
Sudam concilians, & sine nube diem.*

*Cumque obsint sterili male tutâ pericula campo,
Impletur Sicula candida spica Dea.*

*Liber & innocuas sine litibus educat vias,
Et parat accensæ lenia musta siti.*

*Lubrica ne pactis nocturna Iugalibus instent,
A probro vacuus, fraudeq; cantat Hymen.*

*Namque maritalis Thalami tuitura pudorem,
Pax vigil intrepidas extubat ante fores.*

*Si quid ab Idalia damni putet ire favillâ,
Incestas casto submovet igne faces.*

Atra

G

Quod

Quodque reor majus, quam catena, gignit Alumnos
 Pax Musis, Musis quos parit, illa foveat.
 Nam simul elingues superantur vocibus anni,
 Attigerintque suo tempora plena die:
 Grandia magnorum vestigia nota Parentum
 Insistunt Nati, pellit avitus bonos:
 Publica contentis defensant commoda curis.
 Et desolata vim probitatis alunt:
 Palladis eversas instaurant are columnas,
 Errorem veteri Religione fugant.
PAX D E A, si curatibi sunt mortalia, quò te
 Flagitium pepulit, nunc revocatā redi.
 Fallor? an audimur? nivea sonuere Columbae,
PACIFICASq; gerunt, ore vidente, comas.



A P O L L O.

A R G V M E N T V M.

Ex varijs Ominibus vaticinatur.

E P I C V M A L T E R V M.



Bripit hic aliquis mentem, quis namq;
 repente
 Entheus ardor agit? quo Numine pe-
 ctoea turgent?
 Thyrus, an Aonio decerpta cacumine Laurus
 In calidos impacta pedes, turbata tumultu

Entheat


Entheat æthereo bacchantis carmina venæ?
 An Canis adgenitos inflammans Syrius ignes
 Inspuit infanos in nescia pectora dentes?
 An melior largo Deus arida tempora fonte
 Irrigat, & placido deducens verba fluento
 Aurea, in AVSTRIACAS assueto prodigus ÆDES
 Illapsus fabulo, geniali somnia lecto
 Ominat, & seris præsaga Nepotibus exta
 Eluit, yt BOIA recubans DOMVS AVSTRIA spondæ;
 Non secus ac CYRI gemmatas aurea plumas
 Divitibus presit vitis pretiosa racemis:
 Crescat, & in patrias effuso palmitæ terras
 Israëliticâ Mundum feliciter vuâ
 Sospiter, & raro turgentia grana liquore
 Principibus pariat recreandis stirpibus. Io.
 Conciliata favet sportâ redeunte Diana
 Euclia: subjectos transcendent edita montes
 Pignora, & Herculeis purgabunt viribus orbem.
 Terra stat, & nullo concussa pavore tremiscit:
 Sol candet, placidoque cädens in cœrulea curru
 Æquora, ne noctem sine sidere transigat Auster,
 Dat fortunatis sua lumina mutua stellis.
 Inconcussa stabit DOMVS VTRAQVE. Sunt nova jacta
 Fundamenta toro, nec sidera candida dignos
 Destituunt thalamos, sed amicâ luce serenant.
 Nulla reversuro nubes contraria Soli
 Obstet, & obscuræ tectum inquinat æthera nœvo.
 Nulla procellosas insufflant æquoris iras
 Flamina: non Ceyx ventos placavit, & ingens

G 2

Alcione

Alcione: Iovi hæc volucrī. fuluoq; Leoni
Debita, tranquillo connubia prospera cælo
Mollities tutā stabilit fortissimā pace.
O vere dilecta Iovi, quibus inserit astra,
Vincula, & immensas donat moderamen in vndas.
Turtur, & in sacra benedicens arbore cornix,
Illigat optatas communi foedere stellas,
Compelicensque mala suppressa pericula sortis,
AVSTRIAÇO BOIVM Fortunam claudit in Orbem.
Sic Aqua, sic socius sine cura tangitur Ignis
Appositus, magnoque accedit lumine tædas:
Talibus ILLVSTRES, quas conciliavit Olympus,
Desponsatae hodie Lustrantur ab ignibus AEDES.

Mens redit & Dius cedit furor. Huc mihi raptam
Redde, Puer, Laurum, Pacificamq; chelym. (eunt,
Namque Hymen, & Tempus Genilia Carmina pos-
Sponsorum in Laudes nunc mihi vena salit.
I, licet, hinc Auspex, nova Cælis omina captes,
Lætaque si volucrum nunciet ala, redi.



Ode



ODE I.

Ad

SERENISSIMVM
BOIORVM DVCEM
MAXIMILIANVM.

Symb. Domus Bauaricæ LEO.

Arg. LEONINA SPONSI virtus.

EO Paterni Nominis æmulus
Odit lutosæ deuia semitæ,
Turpique per sylvas recessu
Degeneres maculare gressu:
Sed excitatis flammeus ignibus
Æstu calentis concitus Africæ
Fortes iubas quatit, feroxque
Ad Lybicas inhiat palæstras.

Vulgaris illum non retinet Fera,
Opimiores ambitiosior

Indagat, inuaditque prædas
Fulmineo Imperiosus vngue.

H

Sic

Sic Magne Gentis Bauaricæ, LEO.

Hæres auti Roboris, ÆMILI,

Tritum Tuis iter secutus

Militiaque, Togaque clares.

Non Tu LEO altis subdolus vngibus

Vestigium abdis magnanimi pedis,

Heros sed audax figis alte,

Posteri ut inuideant Nepotes.

Bohema multo fortia milite

Sensere castra, & quid valeant manus

Campus Badensis, Rusticorum

Sensit atrox furor Austriorum.

Deprædicabunt grandia PRINCIPIS

Exempla Nati, ne mala deleat

Oblivio, nunc es relatus

In Boicos, LEO MAGNE, Rhombos.

Sed hoc LEONI dissimilis LEO,

Quod ille læuo sidere VIRGINEM

Nimis propinquum terret Astrum: at

Tuplidos pariens Amores,


Vno ligatus candida vinculo

Tibi maritas sidera VIRGINIS.

Iam blandius Noui sub Astris

ZODIACI renitebit orbis.

ODE



ODE II.

Ad

SERENISSIMAM AVSTRIÆ
ARCHIDVCEM

MARIAM ANNAM
DV CIS BAVARIAE
CONIVGEM.

Symb. Fiat DEI voluntas.

Arg. Has Nuptias non sine Diuūm Numine conciliatas
APOLLO canit, easq; magnificè commendat.



Gemma ridens Austriaca Domus,
Regumq; Sanguis, non eadem vocat
Omnes eodem sortis urna:
Certa Deus Tibi fata scripsit.

Quod apta pridem connubio abstines,
Ne crimineris non stabilem Deam,
Culpesue non faustos Iuventa
More Rosa pereuntis annos.

H 2

Hec

Hoc nempe summus iussat Arbitr,
Vi post Parenti Numine prospero
Reges subactos, FRIDERICVM
Exilio domitum pudendo,
Danum coactum subdere se iugo
Patiq; Leges, mox Patriā nouis
Ardente bellis, post Sūeci
Horribilem Gothicus ruinam,
Post tres Triumphos, Filia Cæsaris
Contentiosis SPONS A Procis fores
Multum inuidenda, sed vetabat
Connubium Genialis Auspex,
Dum tristis oscen Bubo sinistrus
Canebat omen: debuit auream,
Pax adferens Laurum parare
Auspiciis thalamos secundis.
Hinc SPONS A SPONSO cum pare iungentis,
Rursumq; in Hydra Tariareum caput
Prisci Bourie ingantur
CESAREIS A QVILIS LEONES.
Fauete Diui. Cum stygis Hercules,
Caliq; terror sadere connubi
Heben sibi iunxit: omnes
Dijq; Deaq; nouis feruntur
Plausisse SPONSIS. Mars graibus licei
Sudans sub armis, non male Pyrrhicam
Saltauit: at motus decore
Mercurius retulit Palastra.

Gestante

Gestant Iugalem Tres Charites facem,
Musa suaves deproperant modos,
Pro pronuba stat Diua Cypri,
Nec Paranymphus abest Cupido.
Sol ipse prudens Oeconomus fuit,
Et quas sagittis perdidera, feras
Gratata Persicè apparatis
Apposuit dapibus Diana.
Procul iocosa fabula Nenia,
Hic FERDINANDVS, cui gravis incubat
Olympus, hic ARGVSTA Tuq;
Bagnus ades, LEOPOLDE, FRATER,
Minorq; natu Magniamen SOROR,
RENATA, cui par connubium Polus
Inauspicatur: Tu neq; absis
Hesperia noua gemma Gaze,
REGINA, quamvis Maris sub horrido
Absit Maritus, sed referunt Patrem
Proles due, quas in labantis
Spem Patriæ Imperijq; nutrit.
Humana iacto. SPONS A, dabis DEOS:
Nam Te sequuntur conscientia mens Boni,
Et labis horrens, E pisdica
Frontis bonos, E amicus oris.
Phanix in ostro rara modestia,
Supraq; sexum vis sapientia,
Et vasta virtutum supplex,
Quā domum Amor generofus infert.

Tacet

Tacete priscas sacula Coniuges,
Intaminato quas Thalamo fides.

Seruata Poſterorum in annos,
Post nubilos cineres perennat.

Poſthac iacebis Fama Semiramis,
Et trux Achilles Penelopen tuam,
Non Troia iactabit Creusam,
Non Helenam Patria ruinam.

Quin Epiarum Nomina Coniugum,
Rebecca, Rachel, Esther, Abigail
Minus micabunt, quas minores
LUNA faces, MARIANa vincit.



ODE

Et docta Pallas cum suo Apolline,
Nouemque Musis. Cætera quid loquar?

Nam vis catenatim sequetur
Hostica, pars melior Triumphi,
Danus domari jussus, & in suo
Extincta cursu tæda Bohemiæ,

Nomeriique magnum olim Suecus,
Fabula nunc, & inanis vmbra.

Stat currus altis sideribus minans,
Equis trahendus, Bellerophon, tuis

Conſcende CÆSAR. Quid reluctantis
Mentem alio faciemque vertis?

Quid me (inquis) effers ambitiosius,
Fastidientem non Mea, non Ego

Hæc arma gessi, vel triumphatum
Imperio repuli Gygantem.

Lenocinaris, quisquis id arrogas,
Totum est MARIE: quicquid erit, Tibi

MARIA cedat, o Mearum
Certa salus, columenq; rerum:

Bellona dici CÆSARIS o ames,
Vel caſta Pallas. ſcilicet Ægida

Sensit Tuam Hostis, & minacem
Nil animi trepidantis haſtam.

Iacet Suecus non alia manu
Datus bidental, quem furialior

In Teutonum tristem ruinam
Egit Amor necis, atque prædæ.

K

Dux


Dux atque Princeps Militia Mæ,
 Conscende Currum, fulmineus Iouis
 Quem dicit Ales hunc, meamque
 DIVA potens, AQUILAM sacramus.
 Qualis Zemisces post domitos Scythes,
 Fusosque Rossos victor ouans suo
 Curru Triumphantem Te eburno,
 Ipse Cliens Eques, est secutus:
 Ego, fauentem quod dederis manum,
 Bellonæ honestans effigiem mæ
 Pedissequus Tibi Imperator,
 Quo veheris, comitabor axem.

ODE IV.

Ad Eundem.


 Acem sed ardor quis novus entheat?
 Audire festum jam videor melos,
 Testudinemq; barbitonque,
 Atq; lyra, citharaq; cantus.
 Fallor? futura prolis Amor subit,
 Hymenq; festus Pacis & otij.
 Cælo datus comes, suamq;
 Adiicit Austriacis corollam.
 Vittata jungit se Thalami fides,
 Suisq; castis Conjugibus Pudor,
 Et cura prolis excolenda;
 Inq; Sacros Pieras Penatos;

Hic nullus instat lumenibus carens
 Cupido, turpi corde satax Puer,
 Arcu proterus, & sagittæ.
 Nalla Venus furiosorum
 Parens Amorum: qua niueum trahant
 Eburi Columbae, jam dociles jugum
 Patt, offerunt ad jussa collam,
 Et niuei, Pia Biga, Cygni,
 Quales Caystræ fons melior lauit:
 Jam jamq; longis ordinibus Duces,
 Regesq; Cesaresq; circum
 Pulcher Hymen, Hymeneæ clamans
 Conscende, Proles maxima Casariss,
 Clara Austria spes, & Bauare Domus.
 O Nympha, seu manus Diana,
 Penelopæq; Heleneque dicti.
 Non stabo curru Filia eburneo
 Sublimis, inquit, si PATER it pedes
 AVGSTVS: uni namq; plausis
 Huc venit, obsequib; paret.
 Ah! rumpe segnes, SPONSA, moras, nisi
 Subire currum mox properas, suo
 Cliens loco Casar MARIANI
 Purpureis humeris reponet.
 Huc vincit utrūcunq; & Huc sua
 Trophæa figit nobilior dato
 Culca MARIAE: MARIANVS
 Nempe vocari amat IMPERATOR
 Iperge, CÆSAR OPTIME PRINCIPVM
 Iperge, CÆSAR MAXIME CÆSARVM:
 Nouos Tua matru MARIAE,
 (Namq; potes) refer hic Triumphos.



O D E V.

Ad

FERDINANDVM III.
APOSTOLICVM
R E G E M,
SERENISSIMÆ SPONSÆ
FRATREM GERMANVM.

Symb. Pietate & Iustitia.

Arg. Apollo R E G E M laudat ob insignem continentiam, præclarumque Rei Bellicæ studium, quod sibi coniunctissimis N E O - S P O N S I S abesse, quam periclitanti adhuc decesse Imperio maluerit.

D Arte quâ pugnas grauiter prementis
Imperi vel quo tua rursus arma,
Vngari R E C T O R simul & Bohemi
Feruidus infers.
Siste tantisper nimium calentis
Impetum ferri: satis heu cruoris,
Et necis diræ violentus usque
Eredit Ensif.

Non

Non quatit Cælos tonitru fragor
Iupiter saevis, neque crispulci
Fulminis torquet metuenda terris

Spicula semper.

Ipse Mars, osor licet otiorum,
Captat interdum placidam quietem, &
Cum suo fessus breue feriari
Milite gaudet.

Quin Lares absens repetis Paternos?

Te vocat vultu meliore CÆSAR,
Te SOROR natu MARIANA maior,

Teque Hymenæus:

Pronubæ pridem micuere tæda,
Iam ioco rident Charites honesto,
Flora iam florum, segetemq; passim

Spargit odorum.

Pone virtutis nimium feueræ
Tetricam frontem, gateaque posta
Regius Frater Tibi Nuptiale

Indue fertum:

Ne vir ah! crudæ rigidus Iuuentæ
Temnere has tædas videaris absens,
Quem rapit Martis cupidum, teneri
Nelcius ardor.

Sic Leo IVSTA stimulatus ira,
Et PIUS raptos Catulos reposcens,
Hinc & hinc ater furit, & cruento

Profilit vngue:

L

Blandiens

Blandiens frustra studeas ruentem
In nemus dulci reuocare palpo,
Non si inexpleto rediuius Orco
Occinat Orpheus.

Quid leuis Regem Cytheraea turbas?
His moue verbis Phrygas euiratos,
Parce Germanis, quibus est Auorum
Mascula virtus.

Turpe, si mollem referat Columbam
Arduis certans Aq vILIN V ALES.
Degener non sic gelat ē Paterno
Sanguine Sanguis.

Nec PATER NATVM bene dimicantem
Auocat cursu male derelicto,
SPONSANEC FRATREM prohibet Gradiuo,
Fortis Amazon.


Mos fuit quandam Patriæ vetus tus,
Sponsa ne ducto caperet marito
Cum colo Fusum, tenuique nendam
Pollice lanam.

Sed Boues duri famulos laboris,
Scutaque, & nudos gladios, & arcus,
Quæ foret Nuptæ bona dos, & Heroi
Apta supellex.

Quin viri ad pugnam minus vt timeret,
Post recens fusum stadio Lanistam,
Ordinabat adhuc madidantis hastæ
Cuspide crinem.


Perge

Pergo, REX, quo Te generosa ducit
Indoles, & quo statuæ PARENTIS,
Et color mixtus niueo cruentus,
Stemmata Gentis;
Alteri Sponsum coëmas SORORI;
Is Tibi bello veniet parandus:
Sed vola pernix, nocuit vocato
Fata morari.
Dum RATISBONA fruitus superba
Sponte cedentem premis acer Holsteini;
CONIVGEM & caram SOBOLEM propinquâ
Negligis vrbe.
Regulum num Te memorem, an Camillum;
Martium iuuere Dij rigorem:
Dum celer victimum premis vltor, Io
Ter cecinisti.



L 2

ODE



O D E VI.

Ad

SERENISSIMVM
ARCHIDVCEM,
SACRORVMQVE ANTISTITEM,
LEOPOLDVM GVILIELMVM.
SPONSÆ FRATREM.

Symb. Timore Domini.

Arg. Apollo effert eximiam LEOPOLDI Castitatem,
& quibus in Deum Resque Diuinæ ardet, Diuini
Amoris puriores flamas.



Ecus Tuorum nobile, Casarum
Regumq; sanguis, quid nimium ferox
Nono Hoste pugnas? namq; tecum
Miles atrox, LEOPOLDE bellas;
Dum continentis mentis amans fugis,
Permittit atas qua juvenilior,
Jocosq; lususq; & solutos
Per choreas epulasq; risus:

Pridem


Pridem Cytheris Te sibi destinat,
Optatq; prædam, retia nec semel
Insana venatrix latenter
Perniciem meditando texit:
At instituto insisterè pernixax
Curâ sagaci dissolvens dolos
Eludis, evadisq; casses,
Castior Hippolyto, dolos.
Id impotentem discruciat Deam:
Non tetra Erynnis sic furit, ut Venus
Irata, iam cane: atrias nil
Esse solet furii Amantum.
Ergo otiantem forte Cupidinem
Vi vidi, heus tu, perdite, aut, Puer
Arcum resume, mollem & arcum,
Vulneribusq; grauem pharetram.
Ex mille certam tu mihi delige
Prudens sagittam, figere quâ soles
Vel Herculis pectus, vel ipsum
Nubibus in mediis Tonantem.
LEOPOLDVS, Hostis quo capitalior
Vtriq; nullus, si scopus, i, feri
Pectus, jecur, cor. Tum Cupido
Quid maleuada Parens, fatigat
Nulla petendum cade, vel asperum
Tactus LEONEM? mox ut arundinis
Pennam volantis sentit; acres,
Catera lenis, acerbat iras:

M

Nec

Nec hanc LEONEM Terra, POLVstulit.
Frusfra cruentā cote acuo leues
Amens sagittas, absq; danno
Innocuam viduo pharetram.
Non sic ressul̄ durior aut chalybs,
Aut fixa rupes: nunc etiam nocet,
Ferit repercussu, necatq;
Nēue Parens meliora speres;
Proterius horret vel tictos thoros,
Rex natus armis quos probat, & SOROR,
Hic rem sacram sanctamq;, fœdus
Crudus adhuc sociale vitat.
O. perge Nofri, Magne LEO, POLO
Dinniori nempe cales face;
Quā Te, Te Amor Diuinus ardet,
Nobiliorq; Hymenæus urit.
Praclara cuius sat Pietas Comes,
Et latuſ Auspex it Pudor in suo
Insignis ostro, nutrit ignem
Gratia pronuba non pudendum.
Hac Te Diones unquibus eximent.
Dignum pudicis Cælitum amoribus:
Nam Te color pulcher venustat
Frontis, & oris honos pudicus:
Et quis Tuam sat Pallada pradicet,
Doctamuē mentem, quam sapientibus
Curis honestas: quis Süadam
Explicit imperiosorem?


Hinc mundi ocellus, Gemmaq; diceris
Domus Auita: quò fit, ut extera
Gentes adorent, Tybris ultra
Danubijq; Superstis oras.
Mirantur unum sed magis; unicè
Pectus pudicum quòd geris integer,
DEVM TIMENS, Lethoq; peius
Flagium metuens probrosum.
Hac scandit Calos, quā VIA LACTEA
Te dicit. Astrum VIRGINE non procul
Eris LEO POLI LEOPOLDE Diuum
Ordinibus residens beatis.



Hinc

M

ODE



O D E V I I .

Ad

S E R E N I S S I M U M
A L B E R T U M
S E R E N I S S I M I D V C I S
N E O S P O N S I
F R A T R E M .

Arg. Apollo ad Ludos sylvestres obiectandis
SPONSIS inuitat.

AD Thulen vigiles sollicitudinum
Curarumque graues sesquipedalium
Mittamus Stimulos ebria gaudijs
Iam vult ora Thalassio.
Non recte his Animus fulgurat Ignibus,
Quos, ALBERTE, adytis pectoris intulit
Mæror, de Patriæ profiliens Rogo
Et Busto lacrumabili.
Fortunata dies conglaciantibus
Pectus Tristitijs frigora subripit,
Algenteisque Dolores domat; vnico
Totas difflat anhelitu.

Quin

Quin sylvas petimus, prouocat aurea
Ridentis zephyri Musica sibilo;

Et læti Nemoris Tesqua virentia

Obiectant virides locos.

Si suave est lepidis murmur Etesijs

Illisum nemori, currite præpetes,

Applaudit strepero Carmine lætior

Magnis Syluula Nuptijs.

Præludunt agiles per Iugâ Capræ,

Effinguntque Choros Schemate ludicro,

Et mixti innocuis Matribus Hinnuli

Ductant Cornigeros greges.

Iam Diana nemus perfurit horridis

Instrata Exuuijs, tela minantia

Syluarumque Dolos Retia proripit,

Et Cornu euocat Hospites.

Iam iam fronte sagax Vertagus exfilit,

Et totam cupidis afflat odoribus

Formosi nemoris Scenam agitabiles

Prælustrans Domino Feras.

Hem succedite, & hic pandite retia;

Ceruuus namque micat iam cupidus capi;

Et se se facilem coniicit in manu;

Prædæ proxima Damula.

Non ictus fugiunt, siue pericula:


Sed certant sociam iungere dexteram;

Quam dat Castus Amor, cessit Amoribus

Sponsis vulnus amabile.

N

Apollo



APOLLO, AVSPEX, MVSÆ, CHARITES.

Arg. Priora auspicia confirmantur; Musæ, & Charites, iussæ ab Apolline, applaudunt.



A P O L L O.

ST vbi lentus abes dudum expectatus Aruspex?

Huc age, portendant quid noua fata, refer.

A R V S P E X.



Extrum confirmant omen bona Numinia: namque
Dum tacitus seruo, quid noua fata velint?

Conspicor, aduolitatem cum læto compare Turtur,
Cumque suo Cornix Coniuge blanda venit.
Concussere simul pennas, plausumque dedere,
Iamque tenent Aulæ culmina Cesareæ.
Esse potest Thalamis nullum felicius omen,
Sternutator ades Iupiter, hæcque proba.

APOLLO.

A P O L L O.

Ic igitur nou' assurgat Parnassus Olympo,
Hic Heliconiaco defluat amne liquor.
Huc gressum Musæ, Charitesque citate
Sorores,

Ad vota & plausus festus Apollo vocat.



C L I O.



Vicquid beato stringitur agmine
Rheni bicornis; quicquid ab æmulo
Rigatur Istro; Nuptiale
Quin properas animare pompam?

Nubem resolut Teutonia hispidam,
Crines colorat Iupiter aureos,

Vernante fæcundans Olympo
Rus Patrium, riguofque colles.
Tedæ Sereni Cypriades thori
Reddunt auitis iugera frugibüs;

Cliuis resurgunt in iugosif
Diua Pales, Bromiusque læuis.

Auro redibunt ditia sæcula,
Laudata quondam Regna Dei Senis;
Sic augurans plectrum ominatur
Priscalegens, memoresque fastos.

C L I O.

N 2

M E L P O.

MELPOMENE.

SAt luctuosis funeribus datum:
Sat conflagrauit Ruris, & Vrbium.
Heu! quam Sophoclæo redundant
Materies genita est Cothurno!
Ductus proteruas in trieteridas
Non biduanam Marspiter offerat
Pacis corollam. Ó in remotos
Pax Domina expatietur annos!
Longè cornantis gemmeus Imperi
Phæbus coruscet. Tecta Quiritium,
Conulsa nuper, roborabit
Spes Thalami Superis reperti.

TERPSICHORE.

TSi fluento mox nouus ambulet
Botorum in agros Abnobius latex;
Quo Lyda tellus, Cætiberique
Ditior est rutilante riuo!

EVTERPE.

ESi decoris largior amnibus
Gemmati Hydaspis Pannonidos Sata
Ister pererret! lætiore
Non poterit properare lapsu.

VRANIE.

VRANIA.



Templa Diuum diruta funditus,
Araeque versæ, fontibus aureæ
Incendijs turres voratae
Sidera verticibus relambant!

THALIA.



TRolem beatam, Magne tuebere
Parens venustam; Magna tuebere
Mater Juventam: quos amarunt,
Prole Dij cumulant lugales.
Hortis Deorum pignora Principum
Surgant in alnos, celsæ Alemaniae
Septemviro prognata pubes
Patriæ opem ferat, o labant!

ERATO.



EArente in alto vidimus Hectora;
Parente in alto Nestora vidimus:
Pellæa virtus, mel Pelasgum
In sobole auricomâ triumphat.
Det cultiori Nomina Romulo,
Augustiores Æmilijs Duces,
Paulos, Camillos, Maximosq;
MAXIMVS ÆMILIANVS orbis

O

POLY-

POLYHYMNIA.

SO, recurruunt Musæ Heliconides!
Doctas Corymbi largius ambient
Frontes; Stagyrae namq; plures
Clara Lycæa dabunt Alumnos.
Densata posthac Vrbs dabit agmina,
Cùm purpuræ vñsus Semideis pares
Ad Numina extolle, vocatos
Duplicis è Themidos palæstrâ.

CALLIOPE.

Non spreta Diuis carmina soluimus
Notæ sorores: plaudite Cælites,
Aerque: Tellus plaudat omnis
Æquoreis sociata turmis.
Rex MAGNE, magni Pacifer Imperi,
Maius SORORI quid voueas Tuæ
FERNANDE: quid Regalis Hare,
Cui Patruus dedit arma Mauors:
Vertex Iberus quâ prece blandiùs,
MARIA Rectrix, Numinæ flecteres?
Quâ Coniugum Fratres, & Almus
Austriadum, Bauarumq; Sanguis?
Et Tu Parentum Maxime, Maximi
FERNANDE mundi Gloria, grandius
Quid flagites Diuos: quid omnis
Plus amet, atque precetur orbis?

AGLAIA.

AGLAIA.

AGe Gratiola Proles,
Tot abesse iussa Soles,
Hymenæa Gens, Amores,
O adeste lætiores!
Non tot spicula fulgido
Cynthia torqueat arcu,
Quot vos aureo
Faces, Amores.
Ite ite Cæli flaminulæ,
Lunæ famulæ,
Solis foculi,
Noctisque oculi,
Vixta Sponsorum radijs Amorum
Pallida sidera,
Lumina condite.

EVPHROSYNE.

Evphrosyne Adeste belli
Tædiferi Puelli,
Falcem Mars suam,
Vestram Vos Facim;
Ille minantem, Vosq; cremantem
Fulgure tædæ, fulmine teli
Firmis rotare brachijs.
Omnia certâ fundite dextrâ,
Vestra cruentas spicula Tygres,

Ala fugaces Vestra Volucres
Sternat, & alto gurgite Pisces
Ignis aquosos torreat, Arcus
Vester totum terreat Orcum:
Nulla cæcâ nubila
Nocte, nullâ condere
Viuida Vestra lumina tædæ
Tentent, superet Vestra furentes
Tiliphones Facula facès.
Vestra per vmbras
Fax Elysias
Rhodopæio præluceat:
Redit empta flexicorde
Carmine Coniux.

THALIA.

Diu Pax viuâ rediuiua Oliuâ,
Diu Pax Lauro redimita, & Auro,
E frequentatis Aquila Triumphis,
Diu reuiue.
Tu belligeras Cælo terras
Fædere paca, pangat Cælo
Terra Pacis osculum;
Viridi Martis Pila Corollâ
Vestiantur Palladis;
Sponte Falcem Martius
Induat Ensis:

Clypeisque

Clypeisque niduletur
Auis, & mel æmuletur,
Galeâ procul reposâ,
Hyacinthulis referta
Fundens nectar Apis.

AGLAIA.



Itò citò Apicula, citò Animula rosibula;
Austria aperit areolas,
Aurifluas lege copolas.
Citò citò Apicula, citò Animula rosibula;
Aperitur ecce portus,
Charitum patescit hortus;
Citò bella
Lege mella,
Mete flores, lege odores,
Bibe rores.
Fer super alas, atque labella
Bella mella,
En vt chara,
Isthic rara
Rosa floret, cui campus
Rubicundus.

Citò citò Apicula, citò Animula rosibula;
Preme, carpe, mete, linge,
Lege, suge, bibe, finge.

Citò citò Apicula, citò Animula rosibula.

P

EVPHRO.

EVPHROSYNE.



Osa Nobilis superbas,
Adolescit inter herbas;
Hymenæa Gens, Amores,
Vestros expandite honores,
Vestros effundite odores.

In Vestris Regia pinnis
Maiestas nescia finis
Collocet Imperia.
Hymenæa Gens, Amores,
Fingite mella, & lingite flores,
Sedulique alarum molles
Sternite Thalamo plumulas.
Linguas longinqua sonantes,
Præclari Nuncia facti,
Alis talaria Vestris
Fama pernix induat.

THALIA.



Hymenæa Gens, Amores,
Meliores sumite mores,
Oris iubar sereni
Explicit Irida Pacis.
Vobis refingant

Scuta

Scuta Lyras, Arcus
Plectrum, Facesque Vobis
Æra vomant Vestras
Bellica, Amores.
Vos inextinctâ Thalamum fouete,
Corda Face,
Rura Pace.

O adeste Sani
Menses, & Anni,
Dies, & Horæ
Iugi tenore!
In Nos Deæ Tres triplices
Vertantur Attræ Gratias!

Lætè currite tempora,
Longè currite tempora,
Sponso Principi
Sponsa Principi

Lætè currite, currite,
Currite longè currite.
Vincat sæcula Nestoris,
Annos transeat Hectoris.
Lætè currite tempora,
Longè currite, tempora.

Non vno Charites carmine ludimus:
Dum saltare lubet multiplici pede.

Lætè currite tempora,
Longè currite, currite.

A P O L L O.

Arg. Pios vtriusque Familiæ Manes ad Nuptiales
plausus euocat.



Vod supereft, quoniam VIII plausere.
Triumpho:
Adferat & plausus NÒBILIS VMBRA
suos.
Si potuit Nostris instructus ab Artibus Orpheus,
Threiciâ Sponsam restituisse lyrâ.
Si surdas mouisse Feras, si carmine Rupes;
Credimur & dominam posse ferire chelym.

Adeste clara sidera Bavarici Poli,
Et Vos Coronis incliti Austrica Domus
Adeste Manes, iuncta quos inter fuit
Connubialis tæda: Vos Hymen Nouis
Vocat, Sacris adeste, iam Mystes facit.
At ecce venit Vittata Cohors
Cui Sacratam festiuus Hymen
Præfert clarâ lampade Pinum.
Pars in niuea cyclade splendet,
Pars gaudet adhuc ueste cruenta.
Hi Casareas gestant Aquilas,
Isti armato dente Leones.
Saluere tubeo Heroas, hinc nos cedimus.
Adesse namque Mortuis Viuos nefas.

CHORI

CHORI HEROVM,

Quorum

SEX AVSTRIACI
BAVARICAS,
SEPTEM BAVARI
AVSTRIACAS
olim duxere.

AVSTRIACI BAVARICAS.

Ferdinandus II. Imperator	Mariam Annam Ducem,
Carolus Archidux	Mariam Ducem,
Albanus Dux	Mechtildem Palatinam Ducem,
Fridericus Archidux	Elizabetham Palatinam Ducem,
Albertus IV. Archidux	Ioannam Ducem,
Otho Dux	Elizabetham Ducem,

BAVARI AVSTRIACAS.

Albertus III.	Annam,
Albertus II.	Kunegundem,
Henricus Diues	Margaritam,
Ludouicus II.	Mechtildem,
Henricus Natterbergensis	Annam,
Otho Rex Hungariae	Catharinam,
Meinardus	Margaretam,

Q

CHORVS

CHORVS.
HEROVVM VIRORVM.

Ost diu in urna posuos cunores,
Tumidata nouum s. ectare diem.
Turba jubemur. Scilicet aliquid
Busto superest. Ferrea quamvis.
Non sic valido Regia Mortis.
Adamante riget, nullo ut possit.
Numine frangit. Cum fata sinunt.
Remeare licet.
Quid times Nostros, Nostra spectra, vultus
Cæsaris Magni Domus, paud in mendu.
Est Tibi, nulla hi minatur artos.
Crinibus torquens colubros Erynnis.
Tada, quam gestat manus absq; noxa.
Non reaccendet tibi luctuosum.
Et laboranti Patria cometam.
Non colorabit nigricante sumo.
Illa penates.
Arridens aiden ut suave rubet gena.
Nec ferrugineus nos vinci color.
Qui Manes reliquos lugubre funeral.
Vernat flore capas, villaq; flameo.
Frontem purpureo Laurigeram ligat.
Quando MAXIMVS hic A MIE IVE strabit,
Et preclara Domus Austriacæ Nurii,
Magni Filia Cæsaris.
O ter festus Hymen! fallitur improbe,
Quisquis cum morimur, mox lembus posuit.
Extingui ex animis, quod trahimus, genus.
Non tanta est Lachesis facta licentia:
Vita vi flamina cum languida fregerit,

Quam

Quam Naturæ dedit, difficiat fidem.
In Nostros vegetus viuit abhuc Amer.
Postquam Nos alio sustulit Atropos.
Enses stringere manu,
Et pugnam simul eam manus;
Ornet Pyrrhica Nuptias;
Heroas debet hic jucus.
Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen!
Hac nulla Venus regnat in Aula.
Procul hinc sedas Cytherea, fates.
Hic nullus eris, Cœci Cupido,
Frustra inspongos pœcula terrenos.
Nam sola mortuus iunior Pietas,
Rectitudinem! Castusq; Pudor.
Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen!
Grauior sponsus iacet auro,
Nondum virides perdidit annos.
Non ruga senex frontem caperat,
Non gena tinet, non labra pallent,
Et sunt crudia in pectore vires.
Vi sponsa Virum possit amare,
Dum formidat territus Hostis.
Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen!
Catera suppedita m. illa Virius.
Qua maiorum splendida Auerum
Facta reponit, virisq; resert.
Picta tabellis: MAXIMVS illa
Namque AEmilius irare jubet,
Qua Nos quamvis alio posuit

Q 2

Orbe

Orbe didicimus præpete Fama.

Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen!

Sic nexus liget utramque Domum,

Quem non audax Herculensis,

Non è celo missile fulmen,

Non Mars Stygio redditus antro,

Non ipsa ferox rerum Domina

Mors immanis falce resolvat:

Fo perennet funeris expers

Post fata vigens, & virous Amor.

Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen.

Jam satis dira necis ac oruoris,

Et Mosam & tinxit socium Mosellam,

Danubi flumen, tenuemque Lycum:

Sat rubescens erubuit arenam

Oenus, & pridem alveolum cruentum

Turbidus Albis.

Quid, Mortales, vos usque juvat

Tanto fusus pretio sanguis?

Pax Connubium pro nuba firmer,

Fax confirmet pro nuba Pacem,

Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen.

Sed ecce Faminarum adest alter chorus,

Pedibusque trepidam Mortuis pulsant humum,

Vmbris Amicis cedimus: revocant loca,

Vbi orbis aliis, & aliis Titan nitet,

Aliaque Luna, Valete Fata dum sinunt,

O Maxime Æmili, Tuâ cum Conjuge,

Tum sera Fata Vos simul celo inserant.

CHORVS II.

FÆMINARVM HEROVVM.

VC Faminea NOSTROS sequimur,
Vmbrâ MARITOS parca causa vocat:
MAXIMVS HEROS huc ÆMILIVS.
Huc MAGNA vocat MARIANA, VOCAT.

Huc festus Hymen.

MARIANA sonent cytharæ, resonent,

MARIANA Lyræ, Chreas dabimus,

Quamvis Vmbræ luce carentes,

Sat lucis habet pronuba tæda.

Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen!

Non sic Lybicum resplendet ebur,

Cum saturato tingitur ostro;

Vt Sponsa nitet divite formâ:

Nec sic præstans, gloria Tempe,

Flos Rosa Florum, seu quæ superat,

Candore nivem, seu quæ flammâ

Flammam superat: purpurat vna,

MARIANA magis, magis vna nivet.

Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen!

Non est iste color pulcher Adonidis,

Quem læsit Veneris lordidulus Puer:

Si vultus rubuit, tingere amat Pandor,

Si pallit, timuit, quod metuunt Boni,

Ne quo crimine lædat superos, timet.

Hymen huc, ad sis o sanctus Hymen!

Par tibi Conjux, MARIANA, nusquam est,
Si Tuas par est numerare dotes.

Nam Genus si quis referat Superbum,
Ducis à Regum Tua, Cæsarumq;

Stemmata, Princeps.

Est rerum animus supra Sexum.

Annosque sagax, multumque sciens,
Virtutis Amor vitijque fuga est,
Quantum vidit, laudatque orbis.

Hymen buc, ad sis ô sanctus Hymen!

Prospera servent Te Fata diu,
Semper plenam non parca colum.
Parca ministret, longaque ducat.
Aurœ Lachesis pollice filia,
Nec nisi felix Atropos occet.

Hymen buc, ad sis ô sanctus Hymen!

Tandem in Patris genibus ludat,
Patruiq; Sénis Parvulus Infans;
Seu MAXIMVLVS, seu FERNANDVLVS,

MATRIS degremio suæ,

Extendat teneram manum, &
Blandum rideat ad Patrem.

Redite Manes, Fata Vos aliò vocant,
Sequimur ut Vmbræ, Humana nil vltrà tenent.
Terra valete, Pij valete Conjuges,
Dum serò Fata Vestra Vos Coelo adstruant.

EPILO



EPILOGVS

AD

SERENISSIMVM SPONSVM

MAXIMILIANVM
BAVARIÆ DVCEM,
ELECTOREM,

ET

MARIAM ANNAM,
ARCHIDVCEM AVSTRIÆ.

Serenissimam Conjugem.



OEtico Dramate lusimus, Serenissimi
Principes, sifarium jam reducimus, abi-
musque è Proscenio. Apollinares fuerunt
hi Ludi. Apollo enim maximam partem
edidit, cui studium, & Schola est Ludus:
Ædilis bonus fortasse fuit; at neque magnificus Choragus,
neque in scena Roscius, peccavit Academia, quod sumum A-
pollinem, Auspicem, Musas, Charites elegantiùs non
infraxit: habet tamen velurn, quod rubori pratendat: Amo-
rem scilicet hic omnem personam, omniumque partes in mu-
nere edendo Ædilis, Choragi, Ludij sumere voluisse: ut so-
lus omnia ageret. opportunum perfugium. Amor enim faci-
lē indulgetur, quia nolens peccat.

R. 2

Lufi

*Lusimus Comœdo AMORE: quid enim aliud in Nuptijs
ageremus? Certè per honorificus ille Ordinum occursus, incre-
dibilis Civium accursus, Triumphalis in urbem Ingressus, ni-
trati pulveris incensiones, explosiones, tonitrua, Ludi in Aula,
Et Archigymnasio apparatissimâ pompa instructi, varia com-
missiones armorum, agitationes Ferarum, reliquisq; Ornatus
Nuptialis quid fere aliud, quam Ludi, aut Lusus? Vita ipsa
Fabula est, Tragœdia tamen, quam Comœdia similior: Nos
spectaculum, Et (quod Græcè S. Paulus dixit) θεατον. Noverat
id Augustus Cæsar, quem accepimus morientे ex suis quesuisse,
satisne commode personam egisset in Vita scena ac Theatro?
ijsq; annuentibus, adjecisse ex Comicorum formula, Valete &
Plaudite: ita reductis Cortinis Vivere, id est, Agere desisse.*

*Quid quòd Princeps Architectus, ex quo tempore hanc
Rerum universitatem, quasi Scenam ad Spectaculum, excita-
vit, in Orbe terrarum per singulos dies lusit? adeò quicquid
extra Deum Agitur, Luditur.*

*At non omnes ex Actione Plausum vel merentur, vel im-
petrant. Vulgi admirationem nihil moriamur; Votorum
summam attigimus, Serenissimi Principes, si Vos, qui pri-
mi in Orchestra spectastis, Sereno Serenitatum Vestra-
rum radio oculos sagittaveritis; si faventes, inquam, Amo-
ris officium approbaveritis. Nos ad extremum vicissim Vo-
bis, qui in Amplissimo totius Orbis Theatro Primarias Per-
sonas Et partes inter Maximos Actores hactenus Egistis, ac-
clamabimus: bene, feliciter, atq; ex communi Sanioris Eu-
rope Voto precabimur, porrò ut pergatis, ultimumq; Actum
optimè, felicissime concludatis. Ita Publico Serenissima-
rum Vestiarum Familiarum, Religionis, Imperij, Ingenua-
rum Artium Bono, Vivite, Valete.*

